



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtru[m] quarta beatitudo, scilicet, Beati qui esuriunt & fitiunt, respondeat
dono fortitudinis? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Ad tertium dicendum, quod donum fortitudinis respicit virtutem fortitudinis, non solum secundum quod consistit in sustinendo pericula, sed etiam secundum quod consistit in quocumque arduo opere faciendo. Et ideo donum fortitudinis dirigitur à dono consilij, quod videtur præcipue esse de melioribus bonis.

ARTIC. II.

Virum quarta beatitudo, scilicet, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, respondeat dono fortitudinis?

680

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod quarta beatitudo, scilicet, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, non respondeat dono fortitudinis. Donum enim fortitudinis non responderet virtuti iustitiæ, sed potius donum pietatis. Sed esurire, & sitire iustitiam pertinet ad actum iustitiæ. Ergo beatitudo ista, magis pertinet ad donum pietatis, quam ad donum fortitudinis.

inf. q. 83.
a. 2. ad 3.
Et 12. q.
66. ar. 2.
ad 3. Et
3. dist. 34.
q. 1. a. 4.
Et 6. 10.

¶ 2. Præterea, Esuries & sitis iustitiæ importat desiderium boni. Sed hoc proprie pertinet ad charitatem, cui non responderet donum fortitudinis, sed magis donum sapientiæ, ut supra habitum est. Ergo ista beatitudo non responderet dono fortitudinis, sed dono sapientiæ.

* q. 45. in
divisione
9.

¶ 3. Præterea, Fructus consequuntur ad beatitudines: quia de ratione beatitudinis est delectatio, ut dicitur in 1. Ethic. Sed in fructibus non videtur aliquid poni, quod pertineat ad fortitudinem. Ergo neque beatitudo aliqua ei responderet.

1. 1. c. 8. a
me. 15.

SED contra est, quod Aug. dicit in lib. de sermone dom. in monte, Fortitudo congruit esurientibus & sitiensibus: laborant enim desiderantes gaudium de veris bonis, amorem à terrenis & corporalibus auertere cupientes.

lib. 1. c. 9.
ante me.
to. 4.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est, August. attribuit beatitudines donis, secundum ordinem enumerationis, considerata tamen aliqua convenientia. Et ideo quartam beatitudinem, scilicet de esurie & siti iustitiæ, attribuit quarto dono,

q. 121. a. 2
† 10. o. lit.
in argu.
sed iura

K 3

alia
o im
cum
& in
cipue
adum
rmita
bono
is im
secun
gene
tu lan
ruenit
t que
excedit
est po
ris, ut
prime
us
ernu
e euse
t quat
arium
udo do
up. a.
Spiritu
do, qui
æcum
eundem
fortitudo
habere
Sed
de actu
labori
Ad

ar. prac. ad 3.

dono, scilicet dono fortitudinis. Est tamen ibi aliqua
conuenientia: quia sicut dictum est *, fortitudo in
arduis consistit. Est autem valde arduum, quod ali-
quis non solum opera virtuosa faciat, quæ communi-
ter dicuntur opera iustitiæ, sed quod faciat ea cum
insatiabili quodam desiderio: quod potest significari
per famem & sitim iustitiæ.

† ho. 6. ex
uarijs lo.
in Matt.
t. 2.
l. 5. eth. c.
1. & 2.
9. 23. a. 8
ad 3. et 1
2. 9. 68.
a. 4. ad 3

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Chryso-
stomus dicit super Matth. † Iustitia hic potest accipi non so-
lum particularis, sed etiam vniuersalis, quæ se habet
ad omnium virtutum opera: vt dicitur in 5. Ethic. * in
quibus arduum intendit fortitudo, quæ est donum.

Ad secundum dicendum, quod charitas est radix
omnium donorum & virtutum, vt supra dictum est †.
Et ideo quicquid pertinet ad fortitudinem, potest
etiam ad charitatem pertinere.

Ad tertium dicendum, quod inter fructus ponuntur
duo, quæ sufficienter correspondent dono fortitudi-
nis; scilicet patientia, quæ respicit sustinentiam mala-
rum; & longanimitas, quæ respicere potest diuturnam
expectationem & operationem bonorum.

QVÆST. CXL.

De præceptis fortitudinis, in duos articulos diuisa.

Deinde considerandum est de præceptis fortitu-
dinis.

- ¶ Et primo de præceptis ipsius fortitudinis.
- ¶ Secundo, de præceptis partium eius.

ARTIC. I.

681

*Vtrum conuenienter in lege diuina, præcepta forti-
tudinis tradantur?*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod non
conuenienter in lege diuina, præcepta fortitudi-
nis tradantur. Lex enim noua perfectior est veteri lege.
Sed in veteri lege ponuntur aliqua præcepta fortitudi-
nis, vt patet Deuter. 20. Ergo & in noua lege aliqua
præcepta fortitudinis danda fuerunt.

¶ 2. Præterea, Præcepta affirmatiua videntur esse
potiora præceptis negatiuis: quia affirmatiua inclu-
dunt